



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Epistola XLV. Gregorii Papae I. Ad Leontivm Episcopvm Ariminensem. De ecclesia sancti Stephani dedicanda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

EPISTOLA XLV.

GREGORII PAPÆ I.

AD LEONTIVM EPISCOPVM ARIMINENSEM.

De ecclesia sancti Stephani dedicanda.

Gregorius Leontio episcopo Ariminensi.

BASILICAM beati Stephani martyris, quam fraternitas vestra incendio asserit concrematam, quam etiam nuper instauratam esse commemorat, facultatem tribuimus dedicandi, in qua etiam reliquarum sanctuaria eiusdem beati Stephani martyris volumus collocari. Et ideo, frater carissime, ad predictam te ecclesiam ire necesse est, & tamen ecclesiae quam etiam altaris nouiter constructi dedicationem solenniter exhibere, ut expectantium de eadem consecratione deuotio Domino valeat auxiliante compleri. Quidquid præterea eidem loco a fundatoribus olim concessum est in ea qua dimissum est voluntate ac firmitate volumus permanere.

EPISTOLA XLVI.

GREGORII PAPÆ I.

AD FELICEM EPISCOPVM PISAVRENSEM.

De Missis publicis, cathedra in ecclesia posita, in monasterio a Ioanne construendo non celebrandis.

Gregorius Felici episcopo Pisaurensi.

MIRAMVR fraternitatem vestram, quod serie præcepti neglecta, quod ad vos sanctæ memoriarum decessor noster dederat, monasterium a Ioanne præsentium portatore constructū aliter quam antiquæ consuetudinis usus exigit consecrare. Dum etiam in eodem præcepto inter alia mandatum sit, ut locum ipsum absque Missis publicis dedicares; ut ad nos peruenit, cathedra posita sacra illic publice Missarum solennia celebrantur. Quod si verum est, his vos hortamur affatibus, ut omni excusatione cessante cathedralm vestram exinde amoueri modis omnibus facatis, nec denuo illic Missas publicas peragatis. Sed & sicut consuetudo & præcepti tenor eloquitur, si Missas ibidem sibi celebrari voluerint, a te presbyter dirigatur. In eodem

Concil. Tom. 13.

Sff